



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 102. Nivernii Ducis declaratio ad Papam transmissa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI  
A. C. 1594.

cum id citra summam Regis injuriam, certamque perniciem ad omnes redunduram denegare haud posset.

§. CII.

*Nivernii Ducis declaratio ad Papam transmissa.*

*Thuan. l. c.  
Mem. l. c.*

Attamen Clemente flecti nescio Dux Carolum Retelensem Ducem Filium suum, ceterosque e comitatu suo Nobiles ad pedum osculum introduxit, Papamque valere jussit. Finito hoc colloquio Dux ad ædes suas reversus, totius legationis acta dietim prolixè descripta ad Papam misit, præterea mentem suam hisce verbis privato suo, non Regis nomine declaravit, inquit: „Pontifex calamitatum, quæ ob eam re- „pulsam in Francia sequentur, causa „existet; nam fiet, ut re in Galliis intel- „lecta ad funestum bellum animi nunc „in speciem moderatiores magis, quam „antea, inflammentur, isque illius exitus sit, ut soluta Ecclesiæ disciplina, „sacro patrimonio licentiose usurpato, „& dilapidato, templa destruantur, ecclesia „nobis sine pastore deserantur, passim „in agro divinus cultus, & publica se- „curitas aboleatur, ac per impietates „& crudelitates Catholica Religio sor- „descat, sectarium econtra malum au- „gescat, legum amor, magistratum „aucto-

Sæcul.XVI.  
A.C.1594.

„auctoritas vilescat, ac tandem ipsius  
 „Pontificis nomen antea cunctis piis  
 „venerabile, postremo odiosum, & in-  
 „visum reddatur: tum vero Pontifex  
 „periculo suo cognoscet, quam impru-  
 „denter pravis, ac violentis Montorii,  
 „& Placentini Cardinalis consiliis au-  
 „scultaverit: insuper brevi comperiet,  
 „quod omnes Franciæ Nobiles sese a  
 „Sedis Apostolicæ obsequio separaturi  
 „sint, exinde autem ipsemet accerseret sibi  
 „invidiam foederatorum, qui eorum,  
 „quæ in ipsorum gratiam fecit, nullam  
 „rationem habituri sunt.„ His dictis  
 Dux se paratum exhibebat ad filium  
 suum tanquam obsidem Romæ relin-  
 quendum, ut exinde Sanctitati suæ te-  
 statum fieret, quod cuncta, quæ scripto  
 hacin re significare voluerit, sedulo exe-  
 cutioni danda forent: attamen Ponti-  
 fice nil de sua firmitate remittente Dux  
 post factam hanc declarationem ob si-  
 nistrum legationis suæ successum mœ-  
 rore confectus per Florentiam, & Fer-  
 rariam itinere facto, Venetias perrexit,  
 ubique honorificentissime exceptus.

§. CIII.

*Cenomanensis Episcopi scriptum in fa-  
 vorem Gallorum Præsulum  
 divulgatum.*

Cc 5

Pariter